


1. Béne-dic, á-nima me-a, **Dómino** : * Dómi-ne, De-us me-



us, magni-fi-cá-tus es ve-**hemén**-ter. *Flexa* : dux est e-



ó- rum : †

2. Confessió-nem, et decórem induísti : * amíctus lúmine sicut ve-
stiménto :

3. Exténdens caelum sicut **pellem** : * qui tegis aquis *superióra*
ejus.

4. Qui ponis nubem ascénsu-m **tuum** : * qui ámbulas super pen-
nas *ventórum*.

5. Qui facis ángelos tuos, **spíritus** : * et minístros tuos ignem
uréntem.

6. Qui fundásti terram super stabilitátem **suam** : * non inclinábi-
tur in *saéculum saéculi*.

7. Abýssus, sicut vestiméntum, amíctus **ejus** : * super montes sta-
bunt aquae.

8. Ab increpatió-ne tua **fúgient** : * a voce tonítrui tui *formidá*-
bunt.

9. Ascéndunt montes, et descéndunt **campi** * in locum, quem
fundásti *eis*.

10. Términu-m posuísti, quem non transgrediéntur : * neque con-
verténtur operíre **terram**.

11. Qui emíttis fontes in convállibus : * inter medium móntium
pertransíbunt *aquae*.

12. Potábunt omnes béstiae **agri** : * exspectábunt ónagri in *siti*
sua.

13. Super ea vólucres caeli habitábunt : * de médio petrárum da-
bunt voces.

14. Rigans montes de *superióribus suis* : * de fructu óperum tuó-
rum satiábitur **terra** :

15. Prodúcens fenum **juméntis**, * et herbam *servitúti hóminum* :

16. Ut edúcas panem de **terra** : * et vinum laetíficet *cor hóminis* :

17. Ut exhíla-ret fáciem in **óleo** : * et panis cor hóminis *confirmet*.

18. Saturabúntur ligna campi, et cedri Líbani, quas plantávit : *
illic pásseres *nidificábunt*.

19. Heródii domus dux est eórum : † montes excélsi **cervis** : *
petra refúgium *herináciis*.

20. Fecit lunam in **témpora** : * sol cognóvit *occásu-m suu-m*.

21. Posuísti ténebras, et facta **est** nox : * in ipsa pertransíbunt
omnes béstiae *silvae*.

22. Cátuli leónum rugiéntes, ut **rápiant**, * et quaerant a Deo *escam*
sibi.

23. Ortus est sol, et congregáti sunt : * et in cubílibus suis collo-
cabúntur.

24. Exíbit homo ad opus **suu-m** : * et ad operatió-nem suam usque
ad vésperum.

25. *Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine!* † ómnia in sa-
piéntia **fecísti** : * impléta est terra *possessió-ne tua*.

26. Hoc mare magnum, et spatiósum **mánibus** : * illic reptília,
quorum non *est númerus*.

27. Animália pusilla cum **magnis** : * illic naves *pertransíbunt*.

28. Draco iste, quem formásti ad illudéndu-m **ei** : * ómnia a te ex-
spéctant ut des illis *escam in témpore*.

29. Dante te illis, **cólligent** : * aperiénte te manum tuam, ómnia
implebúntur *bonitáte*.

30. Averténte autem te fáciem, turbabúntur : † áuferes spíritum
eórum, et deficiént, * et in púlverem suu-m *reverténtur*.

31. Emíttes spíritum tuu-m, et creabúntur : * et renovábis *fáciem*
terrae.

32. Sit glória Dómini in **saéculum** : * laetábitur Dóminus in opé-
ribus suis :

33. Qui réspicit terram, et facit eam **trémere** : * qui tangit món-
tes, *et fúmigant*.

34. Cantábo Dómino in vita **mea** : * psállam Deo meo *quám diu*
sum.

35. Jucúndu-m sit ei elóquium **meu-m** : * ego vero delectábor *in*
Dómino.

36. Deficiánt peccatóres a terra, et iníqui ita ut **non** sint : * bé-
nedic, ánima mea, **Dómino**.

Et repetitur antiphona Dóminus Jesus. ut supra.